

to definita preterea subreptionem posterioris licentia...

Scientiam vero dixi controverti non posse, quoniam notorium erat apud M. Magistrum, & Consilium, totamque familiam...

Ponderando etiam, quod licentia Magni Magistri dispensandi de quinta parte non est nova, & singularis, quae concessa fuerit huic Priori...

BONONIEN. HEREDITATIS PRO QUIBUSDAM LOCIS PIIS, CUM FABRICA S. PETRI.

Discursus pro veritate.

An, & quando dispositio pia dicatur incerta, ubi sit alterius arbitrio, seu voluntati commissa...

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series. 2 De Congregatione Fabricae, eiusque stylo, & benignitate. 3 Quando intrent terminis text. in l. Theopompus...

D I S C. XCII.

Ioseph Carolus Canobius, plerisque factis piis, ac prelophanis legatis certis, ac aliis ordinationibus supereris aliam solutione, heredem instituit Joannem Baptista...

ram Vicelegato curavit aperiri testamentum, in quo post adimpleta ea, quae per testatorem specialiter demandata fuerant...

Cumque alii tam in Partibus, quam in Curia desuper consulti ad extendendum incertitudinem, in qua erat fundamentum...

Id autem ex facto clare exclusum remanere observabam, tam attento priori, quam posteriori testamento...

Hilique sic stantibus, dicebam, quod non omnino improbabili esset Fabricae praetentio ex decreto generali anni 1579...

Pro solutione itaque objecti advertebam, quod in duobus motivis insistendum esset, quorum quodlibet de se per se videretur sufficiens...

6 plo, quo in similibus uti solemus excutientis gratia à speciebus...

Super quo ponderabam differentia rationem, quod nempe quando Fabrica apponit manus re integra, & ante aliquam declarationem...

Secundo fortius, quoniam licet ad distinguendum, an quis sit haeres, vel legatarius procedi soleat cum distinctione...

Notabilis verò differentia est inter heredem gravatum, & exequutorem, vel distributorem, considerata disc. 57. de fideicom. nu. 16. & 17. & alibi...

Ponderando etiam nimium referre, quod licet onus erogandi in opere pietatis sit necessarium, & obligatorium ob illud verbum depositus...

Ad disc. 33. & 38. hujus tit. de Testamentis facit sequens decisio.

R. P. D. MOLINES

Senogallien. Legatorum.

Luna 13. Junii 1697.

OB quam plurima Beneficia, quae à Josepho toto suae viduitatis tempore receperat Margarita, atque ob largiora, quae in futurum tam pro se, quam pro Filiis assequerat...

datum de immittendo, à quo Causa mihi commissa per Sra gnaturam Justitiae cum Clausula, Si quid exequendum, disceptandum...

Validitas quippe resistebat ex Actorum revolutione; & quamvis sub initium aliqua Inter Dominus exorta esset dubitatio; An stante nostro Tribunalis sententia non concedendi pro confectione Legatorum viam exequutivam...

Validitati accedebat etiam Justitia Mandati aequè clara saltem in Judicio executivo, in quo veramur, quanto nitidum...

Abique eo, quod ad illam impediendam ullum obicem praestiterint tres exceptiones ab Haereditibus Testamentariis allegatae...

Sed etiam quia illis funditus citra Judicii exigentiam discussis, nullam omnino viam fuerunt praeferre relevantiam: Incipiendo siquidem à prima deducta ab asserto inordinato...

Et processit non minus vetera, quam recentia peribent Monumenta, hoc inordinato, & perditio Amore irrident in veros actus phraenesis, & delirii plerumque tripudice, ut de adillos in parentum, ac liberorum sanguinem...

Nafon. lib. 2. Metamorph. & de secunda meminit Virgil. Eclog. 8. Quinimo quod est lucidissimum demetie signum non deficit memoria eorum, qui in amoris delirio sibi ipsi mortem propinaverint, ut de his, alique signis phræncis amatorie tradidit Leo Hebraeus Dialog. 3. de Amore, in fin. & ex nostris Paul. Grillan. de Sorit. q. 3. n. 18. Zacch. loc. superius cit. & Scalon. ubi sup. lect. 3. per tot.

Unde factum est, quod iura nostra Amorem immoderatum, & ferinum, non modò equiparant phrænci, sed positivum furorem, & insaniam, qua nihil vehementius, per sepe nuncupant, ut in *Gloss. in verb. bacca. Infrat. de success. sublat. in S. Alud. versic. novimus. Authen. quibus modis nat. efficitur. Bald. in leg. impuber. & plenissime de more exoritur Tirauel. de pan. Casf. 4. ubi pluram congit Nevizan. Sylv. nupt. lib. 1. nu. 11. cum segg. Menoch. de arbitr. cap. 326. n. 1. Farinacc. in prax. Crim. lib. 3. part. 2. quæst. 98. cas. 13. num. 78. lib. 1. Bonden. collect. leg. lib. 4. cap. 15. num. 24. Adeour Amantes perdit, utpotè sensu carentes, arcantur aferendo Testimonio, non puniantur delinquentes, habeantur adintra miserabilis Personæ, & contrahere, uno verbo ea omnia, qua de iure in Amantibus disponuntur, locum habeant in Amantibus, Malch. de prob. conclus. 1427. num. 6. Card. Mantie. de coniect. rit. 15. lib. 11. num. 14. Charoch. decis. 20. nam. final. Zacch. quæst. Medic. legal. dist. lib. 2. tit. 1. quæst. 10. num. 48. Novar. de elect. for. quæst. 33. num. 4. & 5. & per tot. Felic. de societ. cap. 7. nu. 11. cum segg.*

Ex his omnibus, inquam licet in abstracto remaneat optime fundata sententia eorum, qui tenent perditè Amantibus interdiciendum esse postremè Elogii factionem, nihilominus tamen in hac facti contingentia DD. tale assumptionem ex defectu applicationis sperendum esse censuerunt, cum Testatrix de qua est sermo, numerari nequeat inter illas insensatas, ac debaccantes Amantes, de quibus loquuntur iura, & DD. prælaudati; Testes siquidem ad hujus intenti probationem adducti in compendio deponunt, quod Margarita post obitum Viri, amore Josephi capta illum ad propriam Domum evocaret, cum eo que lapsissime amoris colloquia commiseret, tristem, & melancholicam in ejus absentia, & è contra eo presente lætam, & festivam se se ostenderet, Amantem imaginem nonnullis adstantibus consalutaret, ac blandiretur, ab ejus manibus infirma vesci cuperet, & id genus similia de more à Scribentibus magnificata: Ast hujusmodi actus nullatenus præferunt illam graven, & inordinatam passionem, qua assignantur ii, qui perditè amant, sed sunt equidem signa Amoris, vulgaris tamen, que hic laqueis, vel leviter irretiti passim ostendunt absque censura veræ, & formalis demetiæ, non enim Testes progrediuntur ad deponendum, quod hæc Mulier adeo amoris fervore vexaretur, ut à nemine læcessit vehementissime irasceret, in obvios irrueret, altè vociferaretur, aliæque demum reddiderit signa, que cerebri morbosam affectionem patefacerent, prout exemplificat agendo de correptis amore ferino, Marfil. ad Platon. in Conviv. Amor. Zacch. dist. qu. 10. n. 23. cum segg. & latius Scalon. ubi sup. §. 5.

Quinimo illud notabilissimum observatum fuit, quod nemo ex Testibus, quamvis inter ipsos recenserentur familiaræ, que præsumuntur scire omnia facta Domine, refert inter tot signa Amoris ullum minimum, quod inhonestatem, & turpitudinem redoleret, & tamen ob immoderatum Amorem, Apium Claudium omnes fas, & nefas miscuisse, ait text. in l. 2. §. Inimicus. ff. de Orig. Jur. & Ovid. lib. 2. Fast. exclamat. Quid non Amor improbus audeat: & Juvenal. Sat. 6. loquendo de Mulieribus Amore debaccantibus: Fortem Animum præstant rebus, quas turpiter audent.

Animadvertendo potissime, quod Amor hujus Testatrix initium desumpsit ex pluribus Beneficiis à Josepho receptis, & progreffum ex spe futuri Matrimonii, de quo plegre que suppetunt probationes, nec deficit confessio ipsius Josephi, quod in effectu contracta fuerint sponsalia; Quapropter omnia prænarrata signa Amoris, utpotè tendentia ad futurum matrimonium, dampnanda non sunt, nec tamquam vulgarissima referri valent ad Amorem inordinatum, & ferinum, rectum rationis usum perturbantem, ut notat Zacch. d. q. 10. n. fin. Felic. de Societ. d. c. 3. n. 10. Scalon. §. 5. n. 43.

Nec quidquam magis probat Præceptum de non conversando factum ab Episcopo, ejusdemque attestatio cum illa Patrochi, & Magistratus; Si enim respiciendum veniat præceptum, illud certè non concludit insaniam Amoris, de qua disceptatur, nec minus ullam umbram turpitudinis inter conversari prohibito: Poterat namque procedere, ita instantibus Confanguineis mariti Defuncti, ad evitandum peri-

culum, quod oriri poterat ex cohabitatione soluti cum soluta ante celebrationem matrimonii, Præsertim quia Testes deponunt, quod eo non obstante, continuarent infimul cohabitare, & tamen de hac contraventione Josephus non fuit ab Episcopo inquisitus, nec multatus, imò nec ipsum præceptum fuit innovatum. Quo vero ad attestaciones, illa solum probant fuisse dubitatum, imò certè non fuisse sanam, quod Testatrix Testamentum irritum foret ex Amore, quo Testatrix Legatarium prosequeretur, id tamen nihil ad rem nostram conclusit, quia vis non fit in puro Amore, cum alioquin certum sit, quod nemo regulariter adeo superabundanter Evangelicam perfectionem insectetur, ut eos faciat suorum Bonorum participes, quos odio habet, sed illis semper beneficimus, quos amore prosequitur: Sed quæstio est, an Testamentum processerit à mentis ob amore delirante, quod minime probant asserti Testes de publica opinione; Nec potè quædam alicuius concurreret probatio, magnificata esset: Opinio enim hominum, que qualem quis verbis refert, & non quale se rebus efficiat, expendere solet contramonium S. Hillarii Episcopi in Comment. in Matth. cap. 6. fi. n. quingnam, in hoc plerumque fallax detegitur; Quandoque enim castas Pallades, impudicas Veneres, & quandoque Messalinas Penelopes reputat, & ut bene generaliter observat Rota in Romana, seu Veneta Immisionis 14. Maji 1696. §. Quod arinet, coram R. P. D. meo de la Tremoville, vulgus in canonizandis hominibus demetiæ morbo affectus, liberalior, quam ut par est, esse solet; Atque idè bene in iure factum est, ut Testibus deponentibus de fama nonnisi cum solitis circumspicionibus, & requisitis adhibenda sit fides, inter que illud præcipuum est, quod in Casu nostro defect, observandi, unde, & ex quibus authoribus publica opinio suam traxerit originem, denegando fidem Testibus genericè de ea deponentibus absque mentione eorum, à quibus habit principium, ad tradita per Bart. in l. de minore, §. Plurimum, num. 23. de quæst. Valenzuol. conf. 169. num. 109. Cyriac. controu. forens. 388. num. 90. Rot. decis. 256. num. 9. decis. 339. num. 25. part. 11. recent.

Cæterum omnis Umbra furoris, & insanie consistit hæc Mulieri diluitur manifestè ex lectura ipsius Testamenti, ex quo omnes prædicti Testes modivum desumserunt ad eam Amore perditam, ac debaccantem reputandam: Nam antè omnia considerationem promeruit illud conditum fuisse palam, & ante oculos totius Civitatis coram Testibus probis, & Sacerdotibus, Notarium de illo rogatum, Testatricem fuisse sanam loquela, mente, & intellectu testimonium perhibuisse, cujus assertioni iuncta presentia septem Testium, coram quibus actus gereretur, scemp magnificè Rota, & signanter in decis. 681. nu. 6. & 4. coram Card. Cerr. decis. 166. nu. 15. coram Cel. o. decis. 137. num. 15. part. 14. & in Romana, seu Veneta Immisionis 14. Maji 1696. §. Quod autem, coram R. P. D. meo Tremoville.

Serles totius Dispositionis deprehenditur bene ordinata; ex illa enim apparere primam cogitationem Testatrix fuisse conversam ad summum Orbis Conditionem, ordinando in suffragium Animæ pingue Legatum pro celebratione Missarum, Filios hæredes instituisse, Legatum favore alterius Filia relictis, ex quibus difficile est ambigere, quod Testamentum conditum fuerit à Muliere sana mente, recto quo iudicio carente, ut prosequitur Rota coram Cel. o. dist. dec. 176. nu. 16. & latius in Romana, seu Fanen. Donationis 12. Junii 1693. Ex qua aliud, coram R. P. D. meo de la Tremoville.

Nec huic rectè ordinationi quidquam detrahit Legatum favore Josephi, tum quia, ut præsertim, Testatrix erga illum pluribus tenebatur Beneficiis, ut ipsamet declaravit in Testamento; Et licet hujusmodi assertiones regulariter non soleant probare, ex cumulatis per Clarin. lib. 1. cap. 33. n. 97. tamen in rei veritate constat de Beneficiis, cum gratis illius Bona administraret, & pecunias in pluribus contingentibus suppeditaret. Tum etiam quia reliquit eidem Legatario Onus Tutelæ, & educationis Filiorum, quam consistit fuisse ab eo laudabiliter gestam, & in redditione rationis fuisse repetum Creditorem in considerabili summa, queque illi hic in Urbe concorditer soluta, que circumstantiæ potius quam imprudentem, prudentissimam fuerunt Testatrix dispositionem, ut in simili notat Rota dec. 178. num. 2. coram Duran. & dec. 166. nu. 16. in fin. coram Cel. o. & dec. 233. num. 29. part. 3. recent.

Taliter quod quatenus etiam prænarrata signa Amoris tribuenda essent intellectui labefactato, nihilominus cum ex tenore Testamenti liquido pateat, quod de tempore quo Testa-

Testatrix illud considerat, integra sanitate mentis polleret, hoc sufficit, ut potuerit ultimum suæ vitæ elogium condere, cum cæterorum Testes de pretenfis furoribus actibus deponentes, non fuerint tempus factionis Testamenti, ex plenè, & magistraliter deductis in hæc citata Romana, seu Veneta Immisionis coram R. P. D. Tremoville: Quæ omnia recipiunt fore àdministratum, tum ex quo antè ejus obitum Sanctissimo Euchariulo Sacramento suis refeâ fuit, cum PP. Spiritualibus de Regno Cælesti colloqueretur, & iuxta depositionem undecimi Testis induci ab hæredibus Testamentariis: mori come una sanarella: ex quibus palam elucidatur præsentia mentis imbecillitas, ac damnable Amoris fascino, Rota in d. Romana seu Venen. Donationis 12. Junii 1693. §. 4. Reflectendo, coram me.

Sublata ex his prima exceptione furoris, parum immorantur DD. super secunda fundata in suggestionibus importunis Josephi Legatarii. Quoniam Testes ad id probandum adducti, eas non concludunt, cum solitis requisitis doli, & malorum artium, quæ requiruntur ad effectum invalidandi Testamentum in sui facte perfectissimum, ex cumulatis per Card. de Luca. de testam. disc. 33. n. 18. 11. & 23. Palm. Ne. pos. allegat. 65. n. 48. Barzius dec. 120. Rauden. dec. 43. nu. 54. part. 1. Et præ cæteris illud in presenti evidens concurbat argumentum ad eliminandas cunctas pretenfas suggestiones, quod Testatrix post conditum Testamentum supervixit supra mentem in totali libertate illud revocandi, & tamen in eadem voluntate perseveravit, nec in ulla ejus parte revocavit, quod animadvertit in hoc proposito Card. de Luca, disc. 33. num. 48. de Testam. Rot. in d. Romana, seu Veneta Immisionis, §. finalis, coram R. P. D. meo de la Tremoville.

Neque æquum habita fuit ratio de tertia exceptione fundata in dispositione text. in l. hac editali, Cod. de secund. nupt. qua stance prætendebatur, quod in omnem casum contraversa legata reduci deberent ad æqualem, ut videlicet deducta legitima pro filiis, non excedant medietatem residui; Quamvis enim iuxta sententiam Capæ conf. 81. per

rot. quam late sequitur Hodiern. ad l. hac editali, quæst. 20. per rot. ex majoritate rationis dispositio hujus legis porrigatur etiam ultra Vitricum, & Novercam ad Amasios, & Amasias; In præsentia tamen facti contingenti inapplicabilis emanet hæc ampliatio; Quoniam prædicti Auctores loquuntur de Amasio, & Amasia, inter quos intercesserat loquens constructio, quæ ex præmissis exulât in presenti themate; illamque excludant juris præsumptiones, non nisi ex concludentissimis contrariis probationibus elidendæ, Rot. dec. 178. n. 8. in fin. & dec. 233. n. 10. part. 7.

Frustraque replicabatur, quod cum inter Josephum, & Margaritam contracta essent Sponsalia de futuro, saltem ex hoc capite militare dispositio dist. l. hac editali: Quoniam quidquid sit, an ex solo Matrimonio de futuro intret Censura hujus legis, adhuc ponderatum fuit, quod nec minus de illo usque modo concluderet doctum fuit, & justificationes datur in responsione hæredum Testamentariorum solum probant, quod Joseph post habitam notitiam Testamenti fecit induxerit ad desponandum Margaritam; Preterquam quod in universum ex eo submovebatur penitus exceptio fundata in hac lege, quod in presenti non agitur de Legato lucrativo, sed oneroso in Causam remuneracionis, & Beneficiorum receptorum, quo casu locum sibi non vindicare dispositionem legis Hæc editali, tradunt Fontanel. de pact. nupt. claus. 5. Glof. 8. part. 5. num. 66. & segg. Franch. dec. 632. nu. 1. & late Hodiern. quæst. 5. num. 36. quæst. 25. n. 12. & q. 26. n. 50.

Additò demum, quod in omnem eventum, cum ex lectura Testamenti non constet fuisse post relictum Josepho, quam filius Testatrix, non potest hac exceptione non probata, retardari exequutio Testamenti, & satisfactio Legati ad superius allegata: Non attenta æstimatio, que fuit exhibitâ; Nam ista non apparet facta citata Parte; Unde nullum gradum probationis consistit, Rot. coram Cocchin. dec. 1612. num. 10. & coram Bichio dec. 14. num. 15.

Et ita utraque, &c.

S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ magis in Foro practicabilia habentur in hac parte I. Lib. IX. de Testamentis, & Codicillis, aliisque ultimis voluntatibus.

- INDEX RUBRICARUM.**
- V.** De testamentis circa solemnitates privilegiatis, eas nullas, vel minores desiderantis, ex locorum legibus particularibus, vel Principum indultis, necnon de testamentis militum, vel patris inter liberos, sive ad causas pias, à num. 70. ad 78.
- V. I.** De testamenti, vel alterius ultimæ voluntatis, aliâ solemnitate, ac perfectâ, accidentalibus inefficacia; ob revocationem, vel inofficiositatem, aliamque nullitatem à lege indictam, sive ob conversionem, in aliam speciem, aut per educationem, aliamque casum, à numer. 79. ad 90.
- S U M M A R I U M.**
- I.** An testamenta, aliæque ultimæ voluntates sint de jure naturali, vel positivo.
- Quod lex natura potius id prohibeat, & aliqua nationes prohibuerint.
- 3 Quo